Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mea non custodierint. Visitabo in uirga
iniquitates eorum / et in uerberibus peccata eorum.
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo / neque
nocebo in ueritate mea. Neque prophanabo
testamentum meum / et que procedunt de la
biis meis non faciam irrita. Semel iuraui
in sancto meo si dauid mentiar / semen eius in eternum
manebit. Et thronus eius sicut sol in
conspectu meo / et sicut luna perfecta in eternum
et testis in celo fidelis. Tu uero repulisti et de
spexisti / distulisti xpm tuum. Auertisti testa
mentum serui tui / pphanasti in terra sanctuarium
eius. Destruxisti omnes sepes eius / posuisti fir
mamentum eius formidinem. Diripuerunt
eum omnes transeuntes uiam / factus est obpro
brium uicinis suis. Exaltasti dexteram de
primentium eius / letificasti omnes inimicos eius.
Auertisti adiutorium gladii eius / et non es auxi
liatus ei in bello. Destruxisti eum ab emunda
tione / et sedem eius in terra collisisti. Minoras
ti dies temporis eius / perfudisti eum confusione.